



Illustrissimo Heroi & Honoratissimo Domino

**Domino Henrico Comiti Norwiciæ,**

Comiti Marescallo Angliæ, Baroni de Castle-rising, omniumq;  
Nobilissimæ Familiæ Howardiorum Norfolciensium  
Virtutum & Honorum, Hæredi dignissimo.



Quantum Oxonia nostra honoris, & literatus orbis præsidii ab illis, quæ hic exhibentur, cimeliis fœnerantur, id maximam partem Howardiano nomini acceptum est referendum. Quæcunque enim Vir immortalitate dignissimus Thomas Arundeliæ Comes, legatione quasi solenni eam ob rem institutâ, infinitis impensis, & repetito sæpius capitis periculo eruditissimi Viri Gulielmi Pettæ, cui procuratio ea demandabatur, Europâ Asiâque excussis, in Britannias nostras deduxerat, Nepos ejusdem tanto Avo non inficiandus, æternitati & Musis hic loci demum consecrabat: reliquisque quotquot fuere eruditæ antiquitatis Patronis autor extitit, ut ad tantæ Auspiciæ morem, quæcunque apud se laterent ex temporum naufragio Tabulæ, ibidem appenderent. Parum illustrissimo nimirum Heroi videbatur, quod pretioso atque splendido niteret Marmore Universitas nostra, nisi illud esset

A 2

&